

rat, incorruptibiliter coronabitur. S. Iſaacus Syr. l. 1. de contemptu Mundi.

Non decet redimitos floribus corona, ſed pulverulentos: nec molles delicias, ſed labore exercitos, ornat victoria. S. Ambr. in Pl. 118.

Quid præpoſere coronam exigis, antequam vincas? quid detegere pulverem? quid requieſcere cupis? quid epulari geſis? antequam ſtadium ſolvatur? S. Ambr. Ethic. Chriſt. c. 16. lib. 1.

S. Agapetus M. puer 15. annorum, ſub Aureliano A. C. 275. virgis, nervis, igne, ferro, aqua bulliente, aliſque graviffimis tormentis, excruciatuſ, & dilaceratuſ; cum in caput ejus congererentur carbones ardentes, gratias agens Deo dicebat: parva res eſt, ſi caput coronandum in cælo, comburatur in terra. Quam decoretur corona gloriæ plagas, & vulnera excepta pro Chriſto! Ita habet ejus vita 18. Auguſt.

TITULUS XXXIX. CORPUS.

§. I.

Symbola, & ſimilitudines.

Manſuetudo in aſpectu faciei. Gen. 6. 14. Sept. nides facies arcam. Symbolicè S. Ambr. l. de Noe cap. 6. omne corpus noſtrum atrox eſt, ſicut nidus, Nidi quidam ſunt oculi noſtri, hiatus oris, ſpiritus nidus eſt, pulmo; & ſanguis & ſpiritus nidus eſt cor. Corn. hic.

Quando commovebuntur caſtides domus. Eccl. 12. 3. Pro commovebuntur. Caſet. & Tigur. vertunt, tremunt. Qui ſunt hi caſtides domus, id eſt, Corporis (hoc enim eſt domus, in qua habitat anima.) Lyran. intelligit omnes ſenſus, præſertim oculos, & aures; qui quaſi caſtodes, & vigiles, excubant; ne quid in corpus noxæ ingrediatur: hi in ſenſibus commovebuntur, debilitantur, & deſiciunt. Corn. hic.

Ut ſcias unumquodque veſtrum vas ſuum poſſidere. 1. Theſ. 4. 4. Cum S. Chryſ. Theodoro, Theophyl. Anſelmo, per vas accipe Corpus. S. Greg. generatim phraſi Hebraica dicitur vas; id eſt, instrumentum hominis. Sicut enim fiber ſua regula, quaſi instrumentum, utitur ad omnem fabricam; ita anima utitur corpore quaſi instrumento, & organo, ad omnes ſuas actiones. Corn. hic.

Quod eſt auriga curru, rector navi, ſidibus muſicus; idem huic eſte terreſtri vaſculo, qui ſinxit illud; animam voluit. S. Chryſ. orat. de inſtit. ſecundum Deum vita.

Conſtat, velut organum Muſicum, torum hominis Corpus extractum. S. Greg. Nyſ. l. de creat. hom. c. 12.

Totum Corpus noſtrum, cum instrumenti habeat rationem, nihil ſuapte motu agere conſuevit; ſed noſtris voluntatibus ſubjicitur. Per illud enim animas, velut Muſicus quidam, aut virtuos ſonos pulſat, aut improbitatis ſtreptum ciet. S. Baſilius S. leuc. orat. de ſanctis Dei genitrice.

Iſti ſunt ſancti, qui non inquinaverunt veſtimenta ſua. Apoc. 3. 4. Sacra Scriptura vocat Corpora veſtimenta: qua ſicut corpus veſtimento cooperitur, ita anima Corpore veſtitur: per albas autem æterna læticia accipiuntur. S. Honorius, de Innocentibus.

§. II.

Corpus miſerum, vide fragile.

Corporum complere inter ſe lagenas. Judic. 7. 19. quando Gedeon, ſuperatus Madian, trecentos viros juſſit hydrias ſumere, & in hydriis faces accenſas habere, & in dexteriſ tenere tubas; Ita noſtri acceptum ab Apollolis ſervare majores; quod hydrie ſint corpora noſtra, figurata de limo: que timeere non norunt; ſi ſervore gratiæ ſpirituales igneſcant, & Jeſu Domini Paſſionem canoræ vocis conſeſſione ſentiant. S. Ambr. l. 1. de Spir. S. c. 16.

Ita voluntas tua, ſicut in cælo, & in terra. Matth. 6. 10. Cælum in nobis anima eſt, terra in nobis Corpus eſt. Quid eſt ergo, ſua voluntas? Sicut & nos audimus præcepta tua, ſic nobis conſentiat caro noſtra; ne; dum conſentunt caro, & ſpiritus, præcepta Dei minus implere poſſimus. S. Aug. Sabb. in Vigil. Paſchæ, ſer. 4.

Tolle lætum tuum. Luc. 5. 24. Hic lætus, qui tolli jubetur, quid eſt aliud? niſi quia humanum jubetur corpus attolli. Ipſe eſt, qui per ſingulas noctes lavatur à David, lætus doloris; in quo anima noſtra gravi conſcientia agræ cruciati jacebat. Sed ſi quis ſecundum Chriſti præcepta ſe geſſerit; jam non lætus doloris eſt, ſed quietus. Miſerationem enim Domini cepit quiete eſſe, quod mors erat; qui nobis ſoporem mortis vertit in gratiam voluptatis. S. Ambr. hic l. 15.

Inter omnia Mundi corpora Corpus hominis formatum eſt ex viliori materia: nam cæleſtita corpora ex luce ſunt facta; piſces, & volatilia, ex aqua; greſſibilia vero ſunt facta de terra. Sed noſtra non ſunt facta ſolum ex terra; ſed ex terra limola; ſeu lutola. S. Bonav. f. 9. de adv.

Ad hominis corpus unum ſupplicia plura, quam membra ſunt. S. Cypr. ep. 2. Cum corpus e terra; & ſpiritus poſſideamus e cælo; ipſi cælum, & terra ſumus; & in utroque; id eſt, in corpore, & ſpiritu; ut Dei voluntas fiat, oramus. Id. l. de orat. Dom.

Quia juncta eſt anima cum corpore; ſi virtute careat, contagio ejus agrefcit; & imbecillitas de ſocietate fragilitatis redundat ad mentem: cum autem diſſociata fuerit corpore, vigebit ipſa per ſe; nec ulla jam fragilitatis conditione tenabitur; qua indumentum fragile projecit. Lactant. l. 7. de div. premio.

Caro non poteſt videre, niſi corporalia: ſicut ille, qui coram oculis videret berillos virides, & rubros; quidquid videret, eſſet viride, vel rubrum: defectus non eſt ex parte oculorum, ſed de virtus, ſive berillis. Ita eſt de nobis. Oculi animæ habent corpus, ſicut berillos; ideo non poſſunt videre, niſi corporalia: ſed dimiſſis berillis, ſcilicet carne, ſtatim vident ſpiritualia. S. Vinc. Ferr. l. 1. de S. Dominico.

Quid gloriari homo ſuper tuum eſte corporeum? ſi corpus habes; habent & lapides: ſi creſcis; creſcunt & arbores: ſi magnus eſ; majores ſunt equi, elephantes, & grandia cete: ſi fortis eſ; fortiores te ſunt leones: ſi velox eſ; velociores tu ſunt parvi: ſi vocem habes; numquid majorem ut tauri? numquid clariorem ut canes; numquid dulciorem ut philomela? Si viſum habes, numquid acutiorem ut aquila? Si providus eſ in temporibus; & formica. Si ſapiens in conſtruendis domiciliis; & aves aerea. Profecto nihil eſt, quod a beſtiis, atque avibus, te eximat, niſi ratio; quæ poteſt accendere virtute propria ſuper corpus; accendens de ſuper appetitum. Sim. Caſſ. l. 4. c. 7.

§. III.

Corpus curando non negligas animam.

Sanctuarii, ſeu tabernaculi partem interiorem, byſſus, & purpura; Ex. 26. 1. ſed exteriora operiebantur de pellibus arietum. v. 14. hæc dux partes ſunt cuſumque cultura animi, & corporis. Pinnæ in Eccl. Ethol. 123.

Quæſtus lanam, & linum. Prov. 31. 13. Ambr. hic: lanificam, & linificam, matronam hanc ſanctus ſermo deſcribit. Queritur modò à nobis, quid ſit lana? quid ſit linum? Lanam carnale quid puri; linum ſpirituale: nam interiora veſtimenta ſunt lana, exteriora lana. Sic ſpirituale curamus, & temporalia non negligamus. Pinnæ ibi.

Da partem ſeprem, necnon & oſto. Eccl. 11. 2. S. Greg. mor. l. 35. c. 7. Acſi aperte diceretur: ſic diſpenſa temporalia, ut appetere non obſtacula carnis æterna. -- Hinc eſt, quod Eccl. 40. 26. 31. templum quindecim gradibus aſcenditur: ut ex ipſa ejus aſcenſione diſcatur; quætuſ per ſeptem, & oſto; & temporalis diſpenſatur actio; & providè menſura æterna requiritur. q. d. per ſeptenarium intellige temporalia; per octonarium ſpiritualia; & cœleſtia: nam Chriſti reſurrexio octava die facta eſt. Ergo da ſeptem, necnon & oſto. Id. ibi.

Tolle grabatum tuum. Jo. 5. 8. Grabatum noſtrum corpus eſt, in quo prius languidi jacebamus, ſervientes deſideriis, & concupiſcentiis noſtris: nunc portamus illud, cum ſpiritu obedire cogimur. S. Bern. ſer. de Paſſ. Dom.

Ne in corpore tuo curando univerſum vite tuæ tempus conſumas; ſed, quandoquomodo corpus eſurit; & deliciaſ appetit; cogita tunc, & animam tuam ſuo cibo reſocillari velles. S. Ephrem ſc. de compunct. animæ, & ſalutæ.

Cave, ne deſiderio Corporis, præclara mentis ſtudia derelinquas. S. Ambr. in Luc. 17.

§. IV.

Quomodo Corpus tractandum?

Pulchrum quidem, & integrum, Corpus fuerat Jobi; multò verò venerabilis factum eſt, ab illis vulneribus infectum: quoniam & lanæ pulchræ quidem, antequam inſiciantur: poſtquam verò purpureæ factæ fuerint; inſecibilem capiunt pulchritudinem, multumque decorem. S. Chryſ. hom. 1. ad pop. Antioch.

Qui delicate à pueritia meruit ſervum ſuum, poſtea ſentire eum concupiam. Prov. 29. 21. Servus animæ eſt Corpus: qui ergo illud delicate nutrit, ſentiet illud ſibi rebelle; ut ſuis deliciaſ addicium nolit animo obſequi ad orandum, meditando, cœteraque opera poenitentia; & virtutum arduarum. Corn. hic.

Reſplendit facies ejus ſicut ſol. Matth. 17. 2. Tranſfigurari voluit Chriſtus, ut celebraret Paſcha corpori ſuo. Tringita annorum ſpatium excedebat, ex quo Chriſti Corpus acerba poenitentia macerabat. Præter labores, quotidianaſ fluentes ex oculis; cor triftitia plenum viſis tot ſcleribus. Ut ergo tranſiper corpori conſuleret, voluit tranſfigurari: celebrans ſemel ſaltem in vita ſeſum corpori ſuo aſſidit. Et in tu facis quotidie ſeſum corpori tuo, rard animæ. Stella in Luc. 9. Juſti anima utitur Corpore, ut instrumento, aut organo: quæ

Velut præclara artiſtex, quo vult, obſequium corporis ducit; & effinit de eo ſpeciem; quæ elegit; & eaſ; quæ voluerit, ſic in eo reſonare virtutes; pangens nunc modulò caſtitaſ, nunc modulò temperantiæ; ſobrietatiſ carmen, integritatiſ dulcedinem, virginitatiſ ſuavitatem, gravitatem viduitatiſ. S. Ambr. l. de bono mortis. c. 6.

Si equus tuus ſit piger ad vigilandum, jejunandum &c. percutiatur calcari de pede dextro, dicendo: corpus labora modò, quia reſurges impaſſibile, clarum, ſubtile, & leve. Si autem ſic non vult ſe movere, percutiatur calcari de pede ſiniſtro; ſcilicet timore damnationiſ, dicendo: Si modò non viſ jejunare, in Inferno nunquam comedes. Sanct. Vincent. Ferr. ſer. de S. Jo. Evang.

Herodes interpretatur glorioſus in pellibus; ſeu pellioſus glorioſus. In ipſo peccatorum intelliguntur; qui de pelle, proprii corporiſ gloriantur; emutientes delicioſe, ultra quam deccat; & ſoventes perampliſ, quam natura requirit. Non niſi à diabolo, & ejus conſentaneis, ſunt inventum; quod in Chriſtiano corpore, atque in vultu, præterquam naturalis color, aliud adderet. Sed participium habebunt cum demonibus; qui cum Herode gloriantur in pellibus. Sim. Caſſ. l. 8. de virtutibus c. 4.

Veſtimenta ſunt ingentia corpora; quibus apprehenſiſ voluntas nos trahit. S. Nilub. Alcatico.

TITULUS XL. CORRECTIO

§. I.

Figure, Symbola, Allegoria.

Ex Veteri, & Novo.

Quid eſt, quod tenes in manu tua? Ex. 4. 2. Virga, eſt diſciplina, correctio, & caſtigatio; quæ initio pueriſ, imperfectiſ, immortificatiſ; horrida videtur; ſed in fine, cum ejus fructus experiantur, agnoſcunt eſſe virgam paternam, & paſtoralem, Hebr. 12. 11. Omnia diſciplina in præſenti quidem videtur non eſſe gaudii; ſed maris; poſtea autem fructum pacatiſſimum exercitiatiſ per eam reddet juſticia. Corn. hic.

Palus ſuper tempus capitiſ ejus clavum. Judic. 4. 21. Quid clavum ſignatur, quo caput Sifara perforatur? quid eſt clavus iſte? niſi rigor diſcipline. Quid eſt enim rigor diſcipline acciſioſ, niſi quaſi quidam clavus in oculiſ; quod aſſidua diſcipline clavus eſt, diabolum acerrimè pungens; clavus eſt, diabolum rigiditatiſ conſignens. Sanct. Bonavent. ſpec. B. V. cap. 13.

Præcidit ergo lignum, & miſit illud; naufragique ſerum. 4. Reg. 6. 6. Ferrum in manubrio eſt donum intellectus in cordes lignum vero per hoc cadere, eſt parva agentes increpare. S. Rupertus hic. l. 5. c. 32.

Sargenta iſta iſta ſunt mihi. Pf. 37. 3. Sermo ſagitta eſt; & juſti quidem ſermo, cum arguit, & corrigit peccatorum, velut ſagitta compungit, & tranſiit cor ejus, ut convertatur ad poenitentiam, & ſalutem. Orig. hic. Fortaſſis etiam ſagittaſ vocat verba illa increpatoria, & comminatoria, quæ à Nathan Dei nuntio audivit. Bellarm. hic.

Virgam vigilansem ego vides. Jer. 1. 11. id eſt, minantem & agentem eſt, ac paratam percute, ait Rupertus. S. pt. ego vides baculum nucem. Theodoret. ego vides virgam amygdalinam, quæ primo inter arbores vigilat; id eſt, ſollicita eſt, ut ſuos flores emittat. Advertit Theodoretus: ſicut nux, vel amygdalum, amarum habet corticem, ſed nucleum ſuavem; ita caſtigatio primo moleſta eſt, ſed deinde fructum dat ſuavitatem morum. Alii qui pro virgam vigilansem, legunt. virgam vigilare facientem. Corn. hic.

Dimittite aquæ dum ſoldam circa illam. Luc. 13. 8. Quid eſt, circa ficulneam fodere; niſi inſtructorioſ mentes increpare? quid eſt copioſius ſtercoriſ, niſi memoria peccatorum? S. Greg. homil. 31. in Evang.

Dei templum ædificat, qui corrigendis, atque inſtituendis, proximorum mentibus vacat. S. Greg. mor. l. 7. c. 16.

Verborum increpationes, verbera quædam ſunt. Iſid. Clarius or. 50.

§. II.

Corrigens alios, à ſe incipiat; ſit ipſe innocens.

Symbola.

Ex Veteri, & Novo.

Tenebræ erant ſuper faciem abyſſi. Gen. 1. 2. & ſpiritus Dei ſerebatur ſuper aquas. Non in aquis tenebræ, ſed in abyſſo: quia peccati tenebræ aquarum candore fuganda. Nam culpatum offici correctioniſ, vel umbra culpæ. Naxera in Joſ. 7. §. 28. Quoniam per aquam diluere maledictionem paraverat, quod in dilu-

vio eſt factum; & nunc per baſtiſmum indulgetur. S. Auguſt. l. 1. de mirebilib. Scripte.

Maledicta terra in opere tuo. Gen. 3. 17. Cur terra, non aquæ maledixit? Alcuinus: terræ maledictio, non aquæ; quia in aquis erat peccatum abluendum de fructu terre contractum. Abraham primo circumcidit ſe. Gen. 17. 27. poſtea Iſrael, dein reliquam familiam.

Dixit Dominus ad Moſem: dic ad Aroem, tolle virgam tuam, & extendit manum tuam ſuper aquas, Ægypti, ut vertantur in ſanguinem. Ex. 7. 19. Cur Moſes aquas non verberat, & contra Ægyptioſ vertit in ſanguinem? Moſes hominem antea occiderat: quaſi nihil poſſit Moſes hominiſ interemptor in aquas intantici-das. Naxera in Joſ. 7. §. 28.

Quibus Dominus reſpondit: Judas ſit dux voſter. Judic. 20. 18. Mira Dei ordinatio! jubet enim undecim Tribus ſemel caſas à Benjaminis iterum eos aggredi, & ab eis rurſum cædi; & tamen illæ bellum juſtum piſumque agebant. Cur hoc? Palma cauſa fuit; ut peccata eorum præterita caſtigaret; ac nominatim, quod permiſſent idolum Michæ, item cultum Baalim, & Aſaroth. c. 2. 11. & c. 3. 7. Secunda innuit v. 22. quod nimis in ſua ſortitudine, & viribus, conſiderent; ut diſcerent Dei eſſe victoriam. Tertiam dat. S. Greg. mor. lib. 14. cap. 13. quid eſt, quod in ultionem ſcleratiſ inflammatur Iſrael; & tamen ipſe prius prodertur; niſi quod ipſi prius purgandi ſunt, per quos aliorum culpæ ſeruntur: ut ipſi jam mundi per ultionem veniant, qui aliorum vitia corrigere ſeſtantant. Corn. hic. Qui alios ad rectitudinem viam debet intruere; valde cavendum eſt, ne ipſe, quod ab it, in aliquo videatur errare. Hinc eſt, quod Iſtaſticuſ populiſ ad ulciſcendum zelus Benjamin zelo rectitudiniſ inflammatur: & tamen idem populi� Benjamin gladiiſ præſtiterunt. Quem enim non moveat, quod Dominus bis interrogat, bis ad inendum contra Benjamin prælium; dedit aſſentium? Et tamen in primo certamine viginti duo milia; in ſecundo vero octiddecim milia ceciderunt: Quid in hoc ſentendum? niſi quia prius curandi ſunt à timore proprii vulnereſ, qui auferre morboſ alieni geſtioneſ pravitatiſ: ut ipſi jam mundi per ultionem luimet veniant, qui aliorum percutere prava ſeſtantant. Sicut Jo. 8. 7. dicitur: qui ſine peccato eſt veſtrum, primus in illam lapidem mittat. Unde rectè cum illi Deum conſulerent, Judic. 20. 18. quis erit in exercitu noſtro princeps certaminis contra filioſ Benjamin? reſpondit: Judas ſit dux voſter: quia enim Judas conſeſſo interpretatur, rectè dux belli illius Judas conſtituitur: ut nimirum prius per conſeſſionem propria ſtudent errata corrigere, qui aliiſ volunt errorem conſtituentibus ſubvenire. B. Petr. Dam. l. 5. ep. 9.

Specioſa forma præ filiis hominum. Pl. 44. 3. tum converſis oculiſ ad ſpſam: audi filioſ, & vide, & inclina aures tuam. v. 11. Cur magis ambit audiri, quam videri? quia, cum fructu qui audiri cupit, oportet eſſe talem; ut a vide, jucundèque prius videatur: ſic enim vires adſciet verbis. Did. Nyſ. ſer. 3. D. 2. Quadr. §. 3.

Surge amica mea, & veni. Cant. 2. 10. Non vocatur, quæ vitis eſt denigrata, vel adhuc parva ſirma, ſed quaſi jam eſt amica Dei per gratiam; quæ novit voluntatem ejus facere per exactam obedientiam; & cuique divina ſecreta commiſſa ſunt per intimam contemplantationem. Si Chriſti eſt inimicus, quomodo alioſ ei conciliabit; ſi corpus, quomodo alioſ poſt te trahet; ſi deformiſ, quomodo alioſ reddet pulchroſ? De Ponte hic Exh. 15. §. 21.

Denſes tui ſicut gregeſ ton arum, quæ aſcenderunt à Hagar, omniſ gemelliſ factiſ. Cant. 4. 2. Denſes ſymbolum ſuperiorum, & Conclonatorum, Gilbert. ſer. 23. in Cant. vides quomodo loros, & irreprehenſibiles eſſe oportet, qui aliorum exceſſus debent remordere, & corripere. Cur oviniſ dentibus ſuperiores comparantur? Ea eſt dentibus ovium proprietatiſ; ut herbæ mandentes haud peſſifero halitu marcorem ingerant, aut ſiccitent. Naxera in Joſ. 18. §. 15.

Quam pulchri pedes annuntiantis præm. If. 52. 7. S. Hier. quorum Dominus lavit pedes, ut mundi, & pulchri eſſent ad prædicandum. Si ſpecioſa vita reprehendiſ, ſine objectioniſ periculo aliorum errata corriguntur. Ekob. t. 1. Coll. Chr. l. c. ſect. 2. obf. 1. Negligentes ſalutem propriam, qualiter ſuper aliorum ſalute vigilabunt? alteri viſ boniſ eſſe valet; qui ſibi nequam eſt. Corrigat ita, qui proximorum cupit errata corrigere. S. Laur. Juſt. opuſ. de compunct.

Dormite jam, & requieſcite. Matth. 26. 45. Nobile doctrix Sapientia documentum inſtituit, quando Diſcipuliſ prius dormite, & requieſcite; quam ſurgite, & orate, dixit. Suoſ brevi ſermone Fideleſ admonuit: ut prius quietiſ, quam aliena debeant emendare delicta; atque ante in quietiſ ſe agnoſcere otio, quam ad exteriorum tumultuſ foras exire. Surgite poſquam ſcleritiſ. S. Laur. Juſt. de triumph. Chr. c. 7.

Angelo Lacedæa Eſteſia ſcribe. Apoc. 3. 14. Multis erat reprehendiſ ſibilis hic Epicoſopus; & debet reprehendi ab angelo, qui gerebat perſonam Chriſti, qui eſt veritas. Alb. M. Arguendus erat de mendacio: quod, cum eſſet pauper, ſeſtaret divitiſ; ideo à teſte ſideliſ, & vero, arguendus: quia immunem eſſe oportet à crimine, & quo alium arguiſ: Sylv. hic.



Gallus, antequam cantet, prius se ipsum alis suis verberat, & excitat: sic bonus frater, & devotus orator, se primitus corrigere debet, antequam alium increpet. Tom, Kemp. in Valle Jlor, cap. 21.

Motiva.

Ex Veteri.

Provide viros in quibus sit veritas, & qui oderint avaritiam; Ex. 18. 21. Orig. hom. 11. hic legit: qui oderint superbia; atque tales enim oportet esse principes populi; qui non solum superbi non sint, sed qui oderint superbia; id est, non solum ipsi absque vitio sint; sed & in alijs oderint vitia: non homines, dico, odifse, sed vitia. Pinna in Eccl. Eth. 2. 16.

Loquimini de me coram Domino. 1. Reg. 12. 3. 4. 5. Expurgat se Samuel coram Deo, & rege; ad innuendum: quod purus, & iudicialis debet esse, qui accusaturus, seu iudicaturus est alios. Dion. Carth.

Ipsa obmutescit facundia, si agra sit conscientia. S. Ambros. Octon. 6. in Pl. 118. Samuel suæ integritatis testimonium poscit a populo, ut deinde liberius eum de suis sceleribus redargueret. Nam ut ait S. Greg. 1. 7. mor. c. 18. mundus esse a vitio debet, qui curat aliena corrigere; quia nequaquam pure maculam in membro considerat oculus, quem pulvis gravat; & superpositas fordes tergere non valet manus, quæ lutum tenet. Corn. hic.

David. 2. Reg. 15. arguere impudicum filium Ammon nequibat quia ipse impudicus, & homicida. Heli filios corripit 1. Reg. 2. 22. quia ipse non reus similis delicti. Naxera in Jos. 7. §. 28. Correctionis energia, corrigentis est puritas.

Derelecta sunt tanquam labia circum dentes moss. Job 19. 20. Quid per labia, nisi locutio? quid per dentes, nisi sancti Apostoli, designantur? qui in hoc Ecclesie corpore idcirco sunt possi, ut vitam carnalium correptione mordeant, eamque a luxu pernicia duritie confringant. Unde & eidem primo Apostolorum, quasi denti in ejus corpore posito, dicitur Act. 10. 15. scide, & manduca. Sanct. Greg. mor. 1. 14. cap. 23.

Quare persequimini me sicut Deus? Job 19. 22. Tanto omnipotens Deus justius aliena vitia percutit, quando in se nihil habet vitiorum. Homines vero, cum per disciplinam alios feriant, sic alienam infirmitatem debent percutere, ut etiam ad suam noverint oculos revocare: ut ex sanetipsis confidant, quantum alijs feriendo parcant; cum se quoque ipsos dignos percussioni bus non ignorent. Itaque nunc dicitur: ostende persequimini me, sicut Deus? ac si aperte diceretur: ita me ex i. similitudibus meis affligitis, ac si ipsi, more Dei, de infirmitate nihil habeatis. S. Greg. mor. 1. 14. c. 24.

Cor mundum creavit in me Deus. Pl. 50. 12. Docebo iniquos. v. 15.

Tibi soli peccavi. Pl. 50. 6. S. Hier. solus ille justè punit, qui non habet, quod in illo puniatur: ille justus reprehensor, qui non habet in se, quod reprehendatur.

Ego ego, mite me. Il. 6. 8. Quærit Deus hominem, qui ad populum legatione fungatur, ejus mandata nuntiet, & populum ad fugam reducat. Nec Hatas ausus fuit se ingerere donec ablutus, & purgatus, carbone; donec et ab angelo dictum, auferetur iniquitas tua. v. 7. Pinna in Eccl. Ethol. 250.

Ex Novo.

Quid autem videtis si suam. C. Matth. 7. 3. Charitas erit ordinata, ut à seipso incipiat homo; nec presumat alium increpare, judicare; qui seipsum non purgat, discit, & emendat. Dionys. Carth. hic. Cum iniquitas gravat propria, judicium rationis non sinit rectè judicare de cæteris. Purgatum esse oculus decet, qui clarè vultuos intuetur. Et purgata esse debet ratio à tenebris, quæ lugare aliorum nebulas cupit. Munda sit manus, quæ alios studet abtergere. Sim. Cass. 1. 7. c. 9.

Quare discipuli tui transgrediuntur traditionem saniorum? Matth. 15. 2. Necessè est, ut esse munda studeat manus, quæ diluere fordes curat; nè tacta quæque deterius inquinat; si fordidà ipsa lutum tenet. S. Gregor. 1. 1. ep. 24.

Resplendat facies eius sicut sol. Matth. 17. 2. Rectè additur: hic est Filius meus dilectus, & ipse amicum. v. 5. oandium attros capientem. Did. Nyll. ser. 3. Dom. 2. Quadr. §. 2.

Esietebat omnes vendentes, & ementes. Matth. 21. 12. Innocens libere arguit peccatores; quibus formidabilis. Christus, ut ait S. Hieron. solus adoriri non dubitavit, quæ infinitum non fecisset exercitus. Causam hujus rei dat Euthymius: quod Christus unus, ac solus, imperterrito animo, plurimos aggregatus sit: propter immunitatem à peccato confidens. Did. Nyll. ser. 3. Dom. 1. Quadr. §. 3.

Digitus scribat in terra. Jo. 8. 6. Digno scribat Jesus in terra peccata eorum, qui accubabant. S. Hier. 1. 2. contra Pelag. cap. 6.

Si proccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, hujusmodi infirmitate in spiritu levitatis, considerate e ipsum. Gal. 6. 1.

Qui sine peccato est vestram, primus in illam lapidem mittat.

Jo. 8. 7. Aliena peccata puniendà ibant; & sua reliquerant: revocantur itaque intus ad conscientiam; ut prius propria corrigant, & tunc aliena reprehendant. S. Greg. hic. Dicit, quod dicere debet mansuetus, & justus; qui sine peccato est. Hæc vox justitie est: Puniat peccatrix; sed non à peccatoribus; impleatur lex, sed non à prævaricatoribus legis. Sanct. August. tr. 33.

Justa lex, quæ jubet adulteram occidi; sed hæc lex justa ministros habeat innocentes. Attenditis, quam adductus attendite, & qui estis? S. Aug. in Pl. 50.

Et iterum servelianns scribat. Joan. 8. 8. Aliqui dicunt: quod primo scripsit sententiam; secundo Scribarum, & Pharisæorum, peccata: ut considerantes propria crimina, desisterent à lapidatione adultera; atque seipfos corrigere. Dion. Carth. hic c. 8.

Ex Patribus, & alijs.

Qui sapit, quoties animadvertit in aliorum peccata, sic apud se loquatur: cum forte ego quoque talis sum? S. Justin. M. ep. ad Zenam, & Serenum, fratres.

Facilius est videre, quod in alio corrigas; atque id vituperando, vel oburgando, corrigere; quam videre, quid in te corrigendum sit. S. Aug. lib. exposit. ep. ad Galat.

Medici vitium vitiorum; at ipsi nos scatenus jugibus morbis, Duces futurum, sunt præcipium, trivereque illi numquam, S. Greg. Naz. poemate de vita sua.

§. III.

Correctio non negligenda.

Motiva.

Ex Veteri.

Tollensque Simeon & Liganis illis præsentibus. Gen. 42. 25. Cur per omnibus Simeon in carcerem mittitur? Si pro crimine venditionis res agebatur, omnes rei erant: quid magis peccavit Simeon? Possi Judæ consilium datum de venditione Joseph, cum non interesset Ruben, qui major natu erat; penes Simeonem, qui erat secundus, erat major autoritas inter fratres; qui debebat reclamare nefario consilio: at ipse omnino tacuit; & ejus silentium dedit occasionem, ut venditio fieret: ideo merito pro alijs omnibus punitur. Ità S. Isidorus Pelus. 1. 3. ep. 115. quoniam iugiter, tuendi juris causa nè vocem quidem mittere ausus est Simeon; tamquam pro fratribus obidem futurum vinculis contrigi iussit: non tam, ut de ipso supplicium sumeret; quam ut documentum ipsi præberet; nè posthac ejusmodi quidem moliretur. Il. 6. 5. mihi quia tacui. S. Bern. ep. 7. redarguit seipsum: non quia cum malis dubitaverit; sed quia mala non redarguit. Bæzat. 2. l. 10. cap. 12.

Virga virgionis, virga regni tui. Plal. 44. 7. Non regit, qui non corrigit. S. Aug. hic.

Magna est, velut mare, contritio tua; quis medebitur tui? Th. 2. 13. Et unde tam desperata salus? v. 14. propheta tui nec sperabant iniquitatem tuam, ut te ad penitentiam provocarent. S. Paschali. hic. nec dubium, quod culpa Sacerdotum, & eorum, qui in lege versantur, ruina sit populi, qui in iniquitatem eorum populo fidelitè non annuntiant, ut ad penitentiam convertantur. Euseb. t. 1. mir. Chr. Obf. 6.

Onus verbi Domini in manu Malachia. c. 1. v. 1. Malachia ex Hebr. Angelus Domini. Nota moraliter: eum, qui te de vitio corripit, vel castigat, esse Malachiam, id est, angelum à Deo tibi missum, & cælestè oraculum. S. Carolus Borromeus duobus gravibus Sacerdotibus id officii dederat, ut iugiter in omnia sua verba, & facta, invigilarent, notarentque, sicuti quid peccarent. Corn. in Malach. hic.

Non solum Episcopi, & Sacerdotes, Sanctæ Ecclesie, Angeli appellantur; sed etiam universique Fidelis, sive laicus, sive foemina; qui peccantes redarguit. Haymo hom. Dom. 4. Adv.

Ex Novo.

Qui autem unum accepit, aliens fudit in terram. Matth. 25. 18. Is, qui talentum defodit, non pro reatibus suis tunc accusatur (integrum enim depositum reddidit) sed quoniam ipsum non multiplicavit; quoniam non castigavit ceteros; idcirco in illas intolerabiles poenas mittebatur. S. Chryl. hom. 2. ad pop. Antioch.

Auferte ista hinc. Jo. 2. 16. Quod signum ostendit nobis, quia hoc facis? v. 18. S. Chryl. hom. 22. in Joan. quoniam signo opus erat, cum malefacta corripere, & Dei domum tanta purgaret ignominia; zelus illi; pro domus Dei honore, maximum fuit signum.

Erant lucerna ardens, & lucens. Jo. 5. 35. Ardens in se, lucens alijs; ardens increpando, lucens instruendo. Hugo Card. in Lev. cap. 28.

Ego sum viris, vos palmites. Jo. 15. 5. Putandi estis. Et ceterè

et Christus, quoties lapsi essent, eos reprehendit: modò esse illos modicæ fidei; tardos cordes; Petrum Sathanam vocat &c. Oliva fer. 2. Dom. 4. Quadr.

Ex Patribus, & alijs.

Dum in hoc corpore vivitur, nullius est negligenda correctio, nullius est desperanda reparatio. S. Ambrosius 1. 2. de vocat Gent. cap. 10.

Molestus est, & Medicus furenti phrenetico; & pater indisciplinato filio; ille ligando, iste credendo; sed ambo diligendo. Si autem illos negligat, & perire permittat; ista potius mansuetudo falsa, crudelitas est. Si enim equus, & mulus, qui non est intellectus, moribus, & calcibus, resistunt hominibus; à quibus eorum curanda vulnera contrahuntur; & cum inter dentes eorum, & unguis, sæpe homines periclitentur, & aliquando vexentur; non tamen eos deserunt, donec per dolores, & molestias medicinales, revocent ad salutem; quanto magis homo ab homine, & frater à fratre, nè in æternum pereat, non est deserendus; qui correctus intelligere potest, quantum sibi præstatur beneficium, quando se persequantem perpeti quebatur. Sanct. August. ep. 50.

Annuuntiate peccatori opus ejus, nè ille in peccato suo moriatur. Sanguinem verò ejus de manu vestra requirere, qui suo eum redemit sanguine pretioso. En de cælo clamat: virgo Israel corruit; & non est, qui sublevet eam. In luto aurum jacet: tollite, tollite margaritam. Levate splendidißimam, atque pretiosissimam, gemmam de sterquilino. Levate eam, antequam percorrum, id est, spurcorum spirituum, pedibus conculcetur. S. Bern. in epistolis.

Eam ob causam ira nobis insita est, non ut nos etiam peccemus; sed ut, qui offendunt, prohibeamus. S. Isidor. Pelus. lib. 2. ep. 259.

Cum injurias nostras ipsi ulciscimur, modum quoque in ulciscendo excedimus: cum vero, vel de divina gloria, vel de iis, qui injuria læduntur, agitur: tum verò reduplicatam, ac tranquillitatem, fingimus, mutique, ac torpidi sumus; atque ita affecti, ut non inter, ac saxa, interis nihil. S. Bern. ep. 202.

Est consentire; silere; cum arguere possis; & scimus, quia similis poena facientes maneat, & consentientes. S. Bernard. in Nat. S. Joan. Bapt.

Hæc est vera charitatis, & amicitie, regula: ut ita se fratres mutuo dulcedinis amore consovent; quatenus, si quid in utroque reprehensibile sit, alter alteri non abscondat. B. Petr. Dam. ep. 3.

Qui negligentia, vel timore, aut amore, remissus in correctione, est quasi imago mortui ad fugandas aves; qui successu temporis nihil curatur. Et sicut janitor juxta hospitium depictus qui gladium, vel baculum, super intrantes quasi percutere, et ab ingressu arcerè volens, internum tamen lædit, vel arceat. De his 1. 72. 20. in civitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges. Summa Prædic. Correctio.

§. I V.

Correctionem negligentem, vel detrectantes.

Ac nobis Deus, qui nos præcedat. Ex. 32. 1. Quis putasset, Aaron tam sanctum hominem post visiones tam illustres, miracula; populo simulacra flagitante, non ausum dicere, hoc nolite facere? Oliva tom. 3. c. 25.

In aula tam sancta, 2. Reg. 11. 4. nè unus quidem fuit, qui infantem principem contineret; saltem nè sic palam turpe facinus patraret. Oliva t. 2. conc. 26.

Adonias elevabatur dicens: ego regnabo. - Nec corripuit eum pater suus aliquando dicens: quare hoc fecisti? 3. Reg. 1. 5. 6.

§. V.

Correctio amanda, acceptanda.

Exempla.

Ex Veteri.

Ham à prostituto parente non arguitur tantum, sed maledicetur. Gen. 9. 25. nec multat contra, Oliva t. 2. D. 4. Quad.

Moyfes forero Jethro arguenti non solum indignatus non est; sed etiam humiliter obsecutus. Ex. 18. 17. Quam humilitatem mirè laudat S. Chryl. de ferendis reprehensionibus. I. à dignitate persone referre: et enim. Moyfes videlicet omni sapientia Ægyptiorum. Act. 7. 22. Loquebatur Dominus cum eo facie ad faciem: erat propheta extimus: pater miraculorum; omnium ductor, & princeps. II. Jethro vero, ait Chryl. erat homo barbarus, & insipiens; quique in solitudine vitam egerat. III. à gravitate reprehensionis: non bonam rem facis, stulto labore connumeris. Ex. 18. 18. Et, quod gravius est, palam, & coram omnibus. Quid verò Moyfes? Et neque sic ait Chryl. exasperatus est ille sapiens, ille tot miriadum dux; neque rubore suffunditur, quod tot presentibus, usque

R. P. Spanner Pely. Tom. 1.

subditis, corrigeretur. Sed considerabat, quod licet magna à se signa fierent, humanæ tamen particeps esset naturæ; quam non raro multa latent; atque ideo cum mansuetudine consilium suscepit. Ita ille. apud Mendozam in 1. Reg. 3. Annot. 6. lect. 3.

Oste, ne celaveris me. 1. Reg. 3. 17. Hæc machina est, per quam ex altissimis hominum animis extrahitur sepulta veritas, & peccata silentio testis; si dixeritis; oste, ne celaveris me. Oliva t. 2. conc. 27. die 2. Ven. in Quadr.

Duo reges, David, & Asa, peccaverunt: David adulterio; Asa, dum in bello positum in auxilio regis Syriæ: uterque arguitur à Propheta; David à Nathan, Asa ab Hanani; David impetrat veniam. 2. Reg. 12. 13. Dominus quoque transiit peccatum tuum. At Asa graviter punitur tam morte sua, quam multorum de populo. Quod discrimen? David benignè accipit correptionem; at Asa reprehensus fuerit in Prophetam, transiitque est Asa. 2. Paralip. 16. 2. 7. 10. Sylv. addit. in Evangel. Matth. 19. quæst. 4.

Et reversus est Nathan in domum suam. 2. Reg. 12. 15. Quem mihi nunc facile reperere honoratum, ac divitem; qui, si cuius culpe reus arguitur, non molestè ferat? At ille regio clarus imperio, tot divinis probatus oraculis; cum à privato homine corripitur, quod graviter deliquisset: non indignatus infremuit, sed confessus ingemuit culpe dolore. S. Ambr. l. de Apolog. David c. 2. Idiota, seu plebeus arguit regem. Verum David non indignatus: non enim tam dicenti, quam mittenti, attendebat. Non excoebat illum circumflans militum agmen: intellexerat enim Angelicum Domini exercitum; & tamquam videns invisibilem, exhorrescebat, ac respondit venienti; in d. potius, per illum, mittenti: Peccavi Dominus. v. 13. S. Cyrill. Jerof. Catech. 2.

Extendit manus ejus, quam extendit contra eum. 3. Reg. 13. 4. Hinc advertere, quam invisa sit Numini contra correctorem indignatio. Oliva fer. 2. Dom. 4.

Ex Novo, Patribus, & alijs

Vade voca virum tuum. Jo. 4. 16. Quid paravit Samaritana, ut, Magdalena prope superior, brevi tempore velut Apostola, fecerit patris ad miratores Christi? Fœmina poenitentis audivisset admonentem, & horricè appellavit: Domine, ne videas, photographia. Oliva t. 1. conc. 7.

Petro Paulus in faciem restitit. Gal. 2. 11. Et tamen Petrus 2. 3. 15. vocat Charissimum fratrem.

Inimicum nè laudantem quidem probò; amicum verò & reprehendentem amplexor; ille, est me osculatore, insulvus est; hic, est vulnere, amabilis. Illius osculum culicium plenum est; huius vulnus medicamentum vim habet. S. Chryl. hom. de fer. repreh. & conversione Pauli.

Quis dabit mihi centum in mei custodiam depurari pastores! Quanto plures sentio mei curam gerere, tanto securius exco ad paluca. S. Bern. ep. 42.

Quæso te, profusus lacrymis faciem mentis; nè, mei cura posthabita, necessariam castigationem, vel admonitionem, elemosynam mihi subtrahas. S. Fulbert. Carnot. ep. 12.

Sal, in si aquam mittatur, mitius convertitur; & aqua ejus saporem recipit; si autem in ignem, ignis ingentem edit strepitum; nec ejus saporem recipit. Probi, ut aqua saltem reprehensionis leniter accipiunt; at verò improbus statim exasperatur. Diez Conc. 3. in Com. Doct.

Sal vulnere acerbat, sed sanat; carni integræ non nocet. Sic correctio molesta non probò, sed improbo. Stella in Luc. 14. si Salvanerit.

§. V I.

Alia motiva varia acceptandi Correctionem.

Ex Veteri, & Novo.

Benedixit singulis filiis Jacob. Gen. 49. 1. Sed an benedictiones vocandæ; quæ fulminibus funestavit? Ibi Ruben libidinis reus prohibetur crescere. Simeon, & Levi, vasa impugnantis bellantia, in abyssum merguntur. Issachar equus affino, levitatis iugo addicitur. Dan coluber arguitur totuosis. In lupum Benjamin degenerat; spolis inhiantem. Quæ prosperitatis inde fezes pullulet? Enimvero quod oburgantem è filijs, aut interpellant parentem, aut oderit; supplicii catastrophe in theatrum mutatur felicitatis. Nam Levi, & Simeon, non exulant, sed sacrificant; nec pelluntur civitate; sed tempore præstant. Benjamin pro lupulo Paulus sufficitur. Tanta est vis patientis censuram. Oliva fer. 2. Dom. 4. Quadr. Jacob moriturus acriter increpavit tres filios Ruben, Simeon, & Levi; & tamen ibidem dicitur, singulis benedixisse benedictionibus propriis. Nodum solvit Cajetanus: Omnia dicitur benedicendo: nam & arguere, & præmonere: aliena non sunt à paternis benedictionibus. Mendozza in 1. Reg. Annot. 10.

Proferetque virgam, & verfa est in colubum. Ex. 4. 3. Virga Moyfis correptio. S. Bern. illis convertitur virga in draconem, qui leniter correcti emendare se nolunt. Alvarez Joseph Illust. Illust. 27.



Qui correctiones male ferunt, similes sunt vitro, quod frangitur, cum laetatur. Summa Prædic. Accusatio falsa.

Apprehendite disciplinam. Ps. 1. 12. In Hebr. Oculaminum. Non est satis, illam pati, & admittere; debes correptionem fovere, oculari, lactare; alioquin exterminaberis. Oliv. 2. Dom. 4. Quadr. Hebr. Oculaminum disciplinam. Aquila: Oculaminum solum.

Quærit desideria sapientiam, & non invenit. Prov. 14. 6. Janfen. q. d. desiderat idem, qui longo tempore non acquirit sapientiam salutaribus moribus; sed etiam inveterata malitia obstruit veritatem, & Sapientiam; iusto Dei iudicio incidens in tribulationes; & angustias; atque ob id quærens sapiens consilium, quo evadat urgentia mala, frequenter non invenit sapientiam sibi bene consententem; sed suis consiliis sinitur semper in peiora prolabi. Corn. hic. Quod est aratum agro; sarculus horto; lima ferro; lixivium panno; fornax auro; peccata capiti; carminatio lino; tritura tritico; fraxum equo; cauterium vulneri; pharmacum febri; virga puero; hoc est disciplina homini carnali; & vitii addicto. Corn. ib.

Plus proficit correptio apud prudentem. Prov. 17. 10. q. d. vir prudens ob divinas comminationes corde conteritur, & respicit; stultus autem ne fame quidem, aut alia clade; pulsatus sentit, aut ad frugem se convertit; sed in malitia obstinate persistit. Ratio huius sententia: quod sapiens sequitur ductum recte rationis; itaque si vera ratione ostendat; cum errasse; veritatem; & orationi cedit; erratum agnoscit, & corrigit. Stultus vero non sequitur ductum rationis, sed phantasia; & concupiscentia: cui quia modicus adhæret; hinc ad ea non nisi multis verberibus avelli potest. Sicut canis os rodens, ab eo nisi multis plagis avelli se sinit. Corn. hic.

Melius est, à Sapiente corripitur, quam stultorum adulatio decipi. Eccl. 7. 6. Hebr. melius est audire increpationem sapientis, super aurum audientem cantum stultorum.

Et confabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces. If. 2. 4. Hæc subiungit. Hæc cum præmissis de Salvatore nostro, quia iudicabit gentes, & arguet populos multos. Nimirum congrua ordo: dum primum quidem peccator arguitur; deinde gladii in vomeres; & lanceæ conantur in falces. Nam dum impatiens quispiam per disciplinam mitior factus, tanquam planus ager increpationis cultro profcinditur; deinde suavi feriente prædicationis aspergitur; & sic demum fructuosa bonorum operum fruge vesitur. Hic scilicet & gladii facti sunt vomeres; & lanceæ convertuntur in falces. Impatientibus sanæ correptiones quasi gladii sunt: sed si volunt, ut hi gladii vertantur in falces; hirsuta vitiorum suorum dumtaxat, quibus horrent, penitentur in messes. B. Petr. Dam. lib. 6. ep. 18.

Exprobavit incredulitatem eorum. Marc. 16. 14. Audis Christum Discipulos increpare; imò, quod durus sonat, etiam exprobrantem; nec quandoquaque, sed e contra, qua eis corporalem presentiam subterfugit, videri poterat magis ab increpatione parcere debuisse. Noli ergo indignari de cætero, si te quoque aliquando Christi vicarius increpaverit: id enim exhibet, quod ascensurus ab eis in cælum suis Christus legitur exhibuisse Discipulis. S. Bern. in ascens. ser. 1.

Rego vos, fratres, ut suffragati verbum solatii. Hebr. 14. 22. Hoc scripsit, postquam eos acriter reprehendit. Reprehensionem vocat consolationem: neque enim vana adulatio, sed oburgatio consolatur. Mendoza in Reg. 3.

Ex Patribus, & aliis.

Si per charitatem imponitur disciplina, de corde lenitas non recedat. Quid enim tam pius, quam medicus ferens ferramentum? Plorat secandus, & secatur; plorat urendus, & uritur. Non est illa crudelitas; absit, ut lævia medici dicatur. Sævit in vulnus, ut homo sanetur: quia, si vulnus palpat, homo perditur. S. Aug. ser. 15. de Verb. Dom.

Sicut inhospis est, qui pharmaca rejicit; ita & stultus, qui non suscipit grato animo reprehensiones. S. Chrysol. hom. de fer. repreh.

Cui vita sua chara est, dura nulla est cura. Medicus non sit ingratus, qui per dolorem revocat ad salutem. S. Chrysol. f. 167.

In Capitulis Religiosorum, antequam culpæ recognoscantur, seu proclamantur; sit lectio in Martyrologio: ut fratres sanctorum Martyrum exemplo ad patientiam animentur; licet sine culpa redarguantur, aut proclamantur. Molanus ex Dionys. Carth. lib. de Martyrol. c. 14.

Vulnerat chirurgus, cum venam aperit, ut sanguinem malum dequcat; & mercedem ei damus: Quia salubriter vulneravit. Sic ama correptorem. Stengel. t. 3. div. Judic. cap. 35.

§. VII.

Correptionem non acceptantes,

Cum Moyses, Ex. 8. 7. Percussisset pulverem, omnis pulvis terra versus est in scinthes. Non dicitur, percussisse omnem pulverem; & tamen dicitur, omnis pulvis conversus in scinthes. Quia cum arguitur, vel punitur, unus malus, omnes mali detrahunt corrigenti. Summa Prædic. Correctio.

Provocatores quasi spine. 2. Reg. 23. 6. Omnis peccator spina comparatur: quia sicut spina tangente se manum lacerat; sic peccator corrigentem se dente detractionis mordet. Hugo Cardin. hic.

Convertimini ad correptionem meam; & præferam vobis Spiritum meum. Prov. 1. 23. Non dixit, ad blandicias meas. Unde quibusdam corripit deditantibus ait: mane insurgent, & non inveniet me. v. 28. Nimis à Sapientia deviat, qui superbum cor divinis increpationibus non inclinat. Vitrici privignis indulget; patres dura plerumque verbera propriis pignoriis adhibent. B. Petr. Dam. ep. 18.

Tenebris facta sunt. Matth. 27. 45. Cur tot, & tanta signa sunt, cum Christus est crucifixus; cur non etiam, quando comprehenditur, flagellatur &c. cur expectatur tempus usque ad mortem? S. Chryl. hom. 10. de Pass. post omnia verò, quæ per infaniam, & furorem, fecerunt, factum est. Quando ipse furor cessavit: quando desidendo saturati sum; quando contumeliam animum suum expleverunt; quando denique omnia ab ipsis dicta sunt, quæ volebant; tunc tenebre apparent: ut saltem tunc iræ deposita non nihil ab hoc signo consequerentur. Cœlestia, & rationalia signa non dantur fervente fervore; quia tunc nil proficiunt; sed quando remittitur, & quiescit; ut valeant ratione percipi. Sylv. in Act. c. 18. q. 8.

Sicut qui vult ignem accendere, à fumo patitur molestiam; qui candelam emungit, digitos suos comburit; tractans spinas pungitur: ita, qui corrigit inhospitem, puncturas sustinebit. Summa Prædic. Correctio.

§. VIII.

Correctio sit lenis, cum amore.

Ex Veteri.

Ed abisse simpliciter in Sylvam - feramque lapsum de manibus. Eccl. Deut. 19. 5. Ad Sylvam cum armis imus, quoties ad intuenda subditorum delicta convertimur. Ferrum de manibus prosilit, cum de correptione sermo durior excedit. V. Bada hic.

Veni ego Moyses, & locutus est omnia verbo Cantici huius Deut. 32. 44. à versu primo nihil aliud, quam ingratum populi peccata, ac divini iudicis supplicia, continentur; & nihilominus Canticum appellatur. Quod ideo factum reor; ut reprehensiones, tanquam suaves cantilena; & leniter à Prælati adhibeantur, & benevole à subditis accipiantur. Ob eandem causam, cum Deus populo Israelitico peccata velle obijcere, & supplicia minitari: canendo, inquit, dilexerit canicum parvulis. If. 5. 1. Sapienter id facit; ut canu leniat asperitatem oburgationis. S. Chrysol. in If. 1.

Ecce examen apum in ore leonis. Judic. 14. 8. Samson invenit in ore leonis mel; quando subditus invenit in ore Prælati correptionem. Figur. Bibl. Rempel. Iustitia.

Dentes tui sicut greges conjarum. Cant. 4. 2. Verborum artifices humani sunt dentes; ideoque pro verbis in sponsa dentes laudantur. Hæc vero verba, & oves decet esse lenitate, & detorta modestia, & fruge fecunda. Nolo verba aut leonem rugitu amulari, aut taurum cornu, aut ebone elephantem. Lota sunt innocentia, dum alios mundare volunt. Oliya l. 6. Strom. hic.

Non incendas carbones peccatorum, arguens eos. Eccl. 8. 13. S. Basil. in regul. brevior. increpat. 99. querit: quo animi affectu quis alium corripere debet? & respondet: quali uteretur pater, & medicus; cum misericordia, & lenitate, si filium suum curaret.

Atrox a fronte. Ezech. 3. 7. Deus Propheta promittit duram frontem, at non cor durum: quia, licet ei, qui est duro corde, severa, & dura, ostendenda est frontis; à corde tamen durities absit oportet. Cor enim corripientis debet esse amore plenum; & ex amore, ut durum corrigat, duram assumere frontem. Prælati, dum durum corripit, adhibeat duritiam increpationis, non solum instar adamantis, ut terrorem correptus aspiciat; sed etiam instar filicis: quia in illa ipsa duritie scintilla charitatis emicere debent in corripiente. Corn. hic.

Ex Novo.

Ves estis Sal terra. Matth. 5. 13. Sal, ut sit utilis, cum moderamine adhibendus. Ità Prælati corripit se moderata. Sylv. hic. q. 5. Sal cum humido humectat, siccat cum sicco. Prælati eos Sal vocat, quam lucem: ut doceat; si lucere corripiendo velint, ut primum Sal sint; & ad ingenia hominum se componere student. Did. Nyf. ser. 3. Dom. 3. Quadr. §. 3.

Convulsens præcepit eis. Act. 1. 4. Cur comedit, antequam ascendat? Quia suos reprehendit. Exprobavit incredulitatem eorum. Marc. 16. 14. Comedere autem est signum eximie benevolentia; & amicitia; quo rigorem reprehensionis voluit mitigare. Sylv. in Act. 1. q. 7.

Ves, qui Spirituales estis, huiusmodi instruite in Spiritu lenitate. Gal. 6. 1. Arguendi munus Spiritui Sancto traditur: Arguet Mundum. Jo. 16. 8. quia est amor. Ut ergo reprehensio efficax sit, in Spiritu lenitatis fiat. Sylv. hic. q. 12.

Amoris, & rigoris spiritu temperatos discipulos suos videbat Paulus: non Timotheum Zelo ferventem patientia freno coercerat: increpa, inquit, in omni patientia. 2. Tim. 4. 2. At verò Titum mansuetudini vacante potestatis stimulo incitat: Argue cum omni imperio. Tit. 2. 15. S. Greg. p. 3. pastor admonet. 7. illi, quod deest, jungit; huius quod superest, subtrahit: illum stimulo impellere nititur; hunc freno moderatur. Mendoza in 1. Reg. 2.

Vide tit, Mansuetudo.

§. IX.

Dum corripis, tuam, & proximi, fragilitatem intuerere.

Quare persequimini me sicut Deus? Job 19. 22. Ità enim arguebant eum in sua miseria; ac ipsi nihil, more Dei, de infirmitate habent. Sylv. in Matth. q. 20. Ità ex infirmitatibus me affligitis, ac si ipsi, more Dei, de infirmitate nihil habeatis. S. Greg. hic.

Ves estis Sal terra. Matth. 5. 13. Cur Sal terra; & non hominum? ut semper ante oculos habeant fragilitatem subditorum. Sunt enim è terra; & limo formati: ut eorum miseris condescendant, & compatiantur. Sylv. hic.

Negavit. Matth. 26. 70. Homines hominum creavit Doctores, ut simili offensa, indulgentia proclives magistros efficeret; passioque societate elementaria doctrina admiseret. Sic Petro, qui puellæ metu Dominum negaverat, missa oburgatione veniam concedebat: docens, qua ratione peccantes ferendi sint. Infirmitatem sensit? periculo doctus es. Nè tibi ipsi credas. Didicisti, quam sit ubique necessaria gratia. Veniam concede, qua te scis eguisse. Nè deprecativis penitentia; pharmacum, cuius tu petram, (robur, vim) miratus es. S. Basil. Seleuc. or. in illud: nisi conversi fueritis, Matth. 18. 3. Divina dispositione factum est, ut Sacerdotes etiam ipsi peccatis subiecti sint. Si enim Doctores, & Sacerdotes ipsi, non peccarent; neque vitæ huius affectibus subiecti essent; certe inhumani; & à venia aliis danda essent abhorrentes. Probat id exemplo Petri aliquo severi, & durioris, de quo seq. Succubuit peccato, ut delictum suum, & Domini veniam, considerans, condonaret & aliis benignitatis causa. S. Chryl. or. de SS. Petro, & Elia.

Cur Petrus permissus labi? S. Aug. ser. 124. de Temp. ut in Clavibus esset fidelis janitor, in sententia clementissimus dispensator. S. Leo f. 9. de Pass. ob hoc Petrus habere permissus est; ut in Ecclesiæ principe remedium poenitentia; conderetur.

Si inclinans scribat in terra. Jo. 8. 6. Cum peccantem conspicimus alium, mox inclinemus deorsum; idem, quod deieci ex nostræ conditionis fragilitate sumus, si nos non divina pietas sustentet, humiliter inspicimus. V. Bada hic. Ad terræ contemplationem Christus vocat accitiores. q. d. terra est molis, fragilis; ex vestra fragilitate discite. Esob. t. 2. perf. Chir. Jo. 8. obf. 6. Porro Dominus digito scribat in terra. v. 6. Quid scribat? aliquis ingeniosè asserit, expressisse: qui stas, vide, nè in graviora adulteria prolaberis. Esob. Chr. parab. sect. 4. obf. 2.

Palce oves meas. Jo. 21. 17. S. Basil. Seleuc. or. 28. Infirmitatem tuam sensit? agnovisti, quò tua devoluta sit iactantia? veniam concede, qua te scis eguisse. Nec depreceberis poenitentia; pharaoacum, cuius tu robur admittatus es.

Omnes omnia salus sum, ut amicus facerem servos. 1. Cor. 9. 22. Omnia omnibus factus est, cogitando scilicet, se esse potuisse etiam in eo vitio, unde cupiebat alium liberari. S. August. lib. 1. q. 9. 71.

Erates, & si prescupitur quis furis homo in aliquo delicto. Gal. 6. 1. S. Hieron. ut ex ipso nomine homo humane conditionis imbecillitas ostendatur, dignisque censetur; qui, velut homo errore deceptus, & mersus in voraginem, seipsum sine auxilio erigere non possit.

Nihil ita fragit hominis severitatem in corrigendo, quam timor proprii calus. S. Thom. inc. 6. Gal. l. 1.

§. X.

In Correptione oderis vitia, non hominem.

Perfulto odio oderam illos. Pl. 13. 8. 22. Quid est, perfetto odio? oderam in eis iniquitates eorum; diligebam conditionem illorum. Hoc est perfetto odio odisse; ut nec propter vitia homines oderis: nec vitia propter homines diligas. S. Aug. hic.

Et increpavit Jesus Spiritum immundum, Luc. 9. 43. & sanavit puerum. Nos contra peccatores execramur, sceleribus ignoscimus; impietatem fovemus, impios damnamus. Jesus autem demonem increpat, puerum sanat. Correctio impios purgat, ut purpuram, quæ si pulverulenta sit, virgæ impios purget, ut ipsa laceretur, sed ut pulvis excutatur. Sic prudens agricola ferro luxuriantes ramos decumminat; non ut in arborem sciat, sed ut arborem fervet. Sic Christus fecit cum Thomæ; à quo amoturus perdidit, Apostolatam non tollit, nec cœnaculo pellit. Jo. 20.

Rege eos in virga ferrea. Apoc. 2. 27. Rupert. hic, idest, reata & severa iustitia disciplina, quæ non cito flectatur in gratiam, vel odium: quia vicit hæc, qui prædictarum victor est passionum; bonumque habet Zelum, namquam odiendo hominem, & amando vitium; sed semper amando hominem, & odiendo vitium. Hæc enim in Rectore Ecclesiæ animi fortitudo, virga ferrea; idest, fortis, & reata, disciplina est.

X. XI.

Correctio sit privata.

Joseph Gen. 45. 1. Fratribus revocatur in memoriam peccatum, extraneos iustit exesse.

Cum Dominus vellet arguere Job, cap. 42. 1. solum convenit. Apud amicos palam laudavit: Non locuti estis rectum, sicut servus meus. Job 42. 7. Sic Num. 12. 5. volens arguere Mariam, & Aaron, murmurantes in Moysen; eos ad fœderis tabernaculum fœderum præcepit eum fratre. Sic Christus Jo. 4. 27. Samaritanam solam, & secretò, arguit; discipulis dimissis, ut cibum emerent. Stella in Luc. 24.

Apprehendens eum de turba. Esob. Marc. 7. 33. Ad designandum: quod spiritualiter surdi; & muti, secretè admonendi sunt, atque docendi; nè ex humano rubore retrahantur ab advertentia, & poenitentia. Dion. Carth. hic.

§. XII.

Varia requisita ad fructuosam Correptionem.

Cæcæ consilii te Deum Pharaonis. Ex. 7. 1. Quasi innumeret: quòd, nisi Deitatem induat privatus homo, minime nuntiabit dura, & acerba verba principi; ex quo sperare bona possit, & timere mala. Ex. 32. 27. occidat unusquisque fratrem suum. Cur ad munus adeo durum Moyses Levitas selegit? S. Amb. ep. 56. sanctiora cœteris ad hoc munus eliguntur ministeria Levitarum, quorum portio Deus. Nesciunt enim parere suis, qui nihil suum norunt: quoniam sanctis omnia Deus est. Bæza lib. 3. cap. 4. §. 33.

Etiam in secreta monitione, cum prudentia, & cautis exemplis, procedendum est, sicut Nathan 2. Reg. 12. 1. &c. Sunt quidam sicut leones, qui rugitus suo alia animalia terrent, non proprios catulos: sic illi alios, non propriam familiam. Summa Prædic. Correctio.

Perverfi discipuli corriguntur; & stultorum infinitus est numerus. Eccl. 1. 15. Hebr. quid deprobatum, vel perversum est, non poterit quis reconcinare; & diminutio, vel desensus, non poterit numerari.

TITULUS XL. CREATURÆ.

§. I.

Omnes bonæ, & utiles.

Introduxit me Rex in cellaria sua. Cant. 1. 3. Modus contemplandi in Creaturis providentiam Dei erga nos. Quid sunt maria, & flumina, piscibus repleta, nisi quædam Dei cellaria ad reficiendum? quid aer volatilibus; aut terra animalibus, arboribus, & plantis; abundans? nisi quædam promptuaria ad tuam nutritionem. Quid mineralia, ubi aurum &c. nisi thesauri Dei, ad te locupletandum. De Ponte hic. Exh. 10.

Nihil est ordinatum, quod non sit pulchrum. S. Aug. l. de vera Relig. c. 41.

Omnis natura, quamvis extrema, quamvis infima, in comparatione nihili iure laudatur. Id. ib.

Quid ita inutile videtur nescientibus, ut cimices? si sanguisuga faucibus hæserit, fumo ejus excepto; statim evomitur, & difficultas urine huius appositione laxatur. Pavi finus podagræ fervorem mitigat. S. Hieron. l. 2. contra Jovin. apud Doultreman de amore l. 1. c. 1. sect. 10.

Alia elui, alia potui, alia alii nascuntur usui. Nihil vacat nihil inane germinat terra. Quod tibi putas inutile, alius utile est; imò ipsum tibi frequenter alio usui utile est. Quod eam non adjuvat, medicinam suggerit; & sæpe eadem, quæ tibi noxia sunt, ayibus, aut feris, innoxium ministrant pabulum. S. Amb. l. 3. hex. cap. 9.

Nihil vile, aut abjectum, putandum est, quod DEUM habet authorem. S. Jo. Damaf. or. 1. de imaginib. Omnia, quæ à Deo



Deo creata sunt, nobis bona sunt, & bona valde. S. Chrysol. ferm. 89.

Tanta est nobilitas cuiuscumque vilissimæ creaturæ; ut pote pili, palæ, & cuiuscumque etiam vilioris: quod tota philosophantium peritia omnem eis perfectionem, quam in illa creaturæ Deo, comprehendere non valerent. S. Bernardin. f. 51.

Dicit aliquis: ad quid valent pulices, qui nos inquietant? responderunt: valent ad humiliandum hominem; homo enim timet superbia, inquietatus à pulice humiliat se dicendo; Quid te exaltas pulvis, & cinis, qui pulci non vales resistere? Jo. Gerson. Alphabeta div. amor.

§. II.

Creaturæ sunt scilicet ad Creatorem.

Ex Veteri, & Novo.

Posuit eum in paradiso voluptatis. Gen. 2. 15. ut ex aspectu multam acciperet voluptatem, provocaretque ad gratitudinem. S. Chrysol. hom. 13. Certum est, quod homo itans habuit cognitionem creaturarum; & per illarum representationem ferebatur in Deum; ad ipsum laudandum, venerandum, amantem: & ad hoc finem creaturæ; & reducuntur in Deum. S. Bonav. l. 13. de sublimit. fidei.

Ex omni ligno, paradisi, comed. Genes. 2. 16. Quod, ni fallor, idem est, ac si diceret: facite; ut per res omnes conditas ad me conditorem assurgatis. Sanct. Jo. Damascen. l. 2. Orthod. fid. cap. 11.

Formatis igitur Dominus Deus cunctis animalibus terræ, adduxit ea ad Adam. Genes. 2. 19. Statuens Deus coram eo tot genera, creaturarum, potentia suæ infinitæ contemplandæ ei præbuit materiam. Et sequitur statim: Immisit Dominus DEUS soporem in Adam: quem soporem Sept. dicunt quandam exaltationem fuisse. Et credo, extasim illam causatam fuisse ex Bonitatis, & Majestatis, Dei infinitæ consideratione; quam ostendit in formatione tam diversarum creaturarum. Diez conc. 2. in Comm. Virg.

Cæli exarant gloriam DEI. Ps. 18. 2. Hebr. Cæli scribunt gloriam DEI. Cant. 5. 14. Manus illius ornantes arcem. Alii: manus ejus volumina arcum.

Quam magnificata sunt operata Domine! Psal. 91. 6. Quodcumque aspexeris ædificium, tuum est. Vides solem, vides stellas, vides lunam: hoc ædificat te. Debes enim cogitare, & dicere: si sol, & luna, & cœlum, & stellæ, Deo servantur; quare ego non serviam? Cœlum servit, terra servit; & infelix ego homo non servio. Quid erigeris in cœlum? & cogitatio tua transcendit in cœlum? ecce à pulice vulneraris! S. Hier. in Ps. 91.

Adherant omnia verba vis tui. Ps. 137. 4. Nulla est pars Creaturæ, & superne, & infimæ; quæ non emittat vocem quavis tuba clariorum, prædicantem nominis Dei magnificentiam. S. Chryl. hic.

Sanctus Dominus in omnibus operibus suis. Psalm. 144. 17. Omnia ista DEI opera sunt. proponuntur, suscipiuntur, laudantur, opera celebrantur; de operatore tacetur. Ergo in operibus volo laudare Creatorem; ingratum non amo laudatorem. Laudas, quidquid fecit; taces de illo, qui fecit? Quasi verò, nisi ille tantus esset, invenires, quod laudares. In eo, aliqua potentia, rerum istarum: ut pulchritudo te delectet, quid pulchrius faciente? Si utilitas laudatur; quid illo utilius, qui fecit omnia? Si virtus laudatur; quid illo potentius? à quo etiam facta non dimituntur, sed reguntur, & gubernantur omnia. Sanct. Augustin. hic.

Num, quem diligit anima mea, vidistis? Cant. 3. 3. Sponsæ charitas cō devenit, ut sponsum omnia putet; nē usquam eo careat. Si ad vineas divertit, borus Cypri dilectus meus mihi. Cant. 1. 13. In campo flos illum agnoscit. Si aromata fragrant, Christus myrrha illi est. Si sylvas adit, malus est inter ligna. Si montes subit, Christus est cervus. Breviter, nē à Christo unquam avocetur, illum ubique ac esse dicit, quæ ipsi in oblectamentum obsecris. Olivæ l. 3. Strom. hic.

Paululum, cum pertransisset eum, invenit, quem diligit anima. Cantic. 3. 4. In triplici Creatura sua investigari, & agnoscere, potest DEUS: in Mundo, & ad ejus ornatum creatis; in Homine; & in Angelo. Has singulas circuit, & pertransit, anima Deum sitiens; ut eum, quem quaerit, inveniat. Rich. à S. Vict. hic.

Cæcus quidam. Luc. 18. 35. Vident cæci, cum cements hunc Mundum immensa pulchritudine rerum conditarum, collatione facta, conspicantur & ipsum Mundi opificem. Orig. in Matth. cap. 13.

Quære Deum; si forte attendent eum, aut inveniant. Act. 17. 27. Verbum attricare dici solet de cæcis, qui palpando viam quaerunt: quia in hac vita tantum per vestigia Creaturarum investigamus Deum; & palpando creaturas, in illis quasi Deum attractamus. Alii putant, vocabulum esse Musicum, significans tactum instrumenti, vel chitharæ: creaturæ enim vult chordæ instrumenti Musici à Deo facti; ex quorum tactu per cognitionem mi-

rus prodit sonus. Hic sonus vocatur Job 38. 37. concentus cordi. De Ponte. In Cant. 3. Exh. 1. §. 2.

Ex Patribus, & aliis.

Sol oculus est Mundi, jucunditas dici, cœli pulchritudo, naturæ gratia, præstantia creaturæ. Sed quando hunc vides, auctorem ejus consideras; quando hunc miraris, lauda ipsius Creatorem. Si tam gratus est sol, consois, & particeps creaturæ; quam bonus est sol ille justitiæ? S. Ambr. l. 4. hex. c. 1.

Quamcumque creaturam aspexerimus, fulgurat Dei notitiam; dum ex creaturis Creator agnoscitur. S. Hieronym. in Ezech. cap. 1.

Circumcat animus tuus per universam Creaturam; undique clamabit tibi Creatura: Deus me fecit. Quidquid te delectaverit in arte, artificem commendat. S. Aug. in Psal. 26. Enarr. 2.

Quid non pro suo genere, ac pro suo modulo, habet similitudinem Dei? quandoquidem Deus fecit omnia bona valde; non ob aliud, nisi quia ipse summus bonus est. Idem lib. 11. cap. 5. de Trinitate.

Interroget se anima: Quis fecit hæc omnia? Quis creavit hæc? Quis tepiam? Quid sunt ista, quæ consideras? Quid in quo consideras? &c. Id. in Psal. 99. Enarrat.

Ineffabili dulcedine tenor, cum audio, bonus Dominus! consideratque omnibus, & collustratis, quæ fornicus video, quoniam ab ipso sunt omnia; etiam cum mihi hæc placeant, ad illum redeo, à quo sunt: ut intelligam, quoniam bonus est Dominus. Id. in Ps. 134. enarrat.

Disce amare in creatura Creatorem, & in factura factorem. Nè terreat te, quod ab illo factum est, & amittas eum, à quo & ipse factus es. Id. in Ps. 39.

Circumspice mihi ver, & diversi generis flores, in similitudine disparata; rosam quidem tubeam. Lilium aureum album: ex una fanæ pluvia hæc sunt, & ex una terra: quis hæc discernit? quis operatur? S. Cyrill. Jerof. Catech. 9.

Hæc universa Mundi moles perinde est, ac liber literis exaratus, palam contestans, ac deprædicans, gloriam Dei; illiusque augustissimam majestatem anonuntians tibi intellectuali creaturæ. S. Basil. hom. 11. hexam In manus dedit Deus hominibus librum suo digito concinnè descriptum, quasi precarium; ut eo aperto, & subinde evoluto, nunc ejus omnipotentiam, nunc sapientiam, modo alia, & alia Deitatis attributa, lectitemus. At quorundam liber aureis notulis pulcherrimè picturatus, mysteriisque rerum abditarum abundans? sit tamen illum nec in manus sumas, nec liceam unam legas. Fernandus in Gen. 1.

Deus res creatas in morem scæle adaptaverit per eas sui amantibus ascensum ad se adstruxit. S. Basil. Seleuc. or. 11.

Per ipsa elementa Mundi, tanquam per publicas paginas, significationem divinæ voluntatis accipiunt: Nec unquam cessat divina eruditio; quando etiam de iis, quæ nobis famulantur, imbuimur. S. Leo l. 7. de junio.

Utere, quomodo utendum est, creaturis visibilibus: & quidquid in eis pulchrum, atque mirabile est, refer ad laudem, & gloriam Creatoris. S. Leo l. 7. in Nat. Dom.

Liet undecumque proficere, ac doceri. Omnia ferè mysticos offerunt intellectus; & facillè est, ex quolibet eorum figurare venustatem. Nihil ita creatum est per se, nihil ita simplex, cui non sit aliquid, unde doceamur, vel cavere noxia, vel salutaria providere. Hildebertus ep. 16.

Mundus, & omnia, quæ cœlo, & terra continentur; quædam clarissima Dei Sapientia signa sunt. Rupert. lib. 1. in Gen. cap. 5.

Omnia ad æternam beatitudinem capeffendam à Deo sunt omnia ordinata; ita ut etiam corporalia, & mortalia: dum transeunt, dum in usum veniunt, aut in considerationem recipiuntur; subserviant. Sim. Cass. lib. 12. cap. 17.

Qui tantis rerum creaturarum splendoribus non illustratur, cæcus est: Qui tantis clamoribus non evigilat, surdus est: qui ex omnibus his effectibus DEUM non laudat, & cui ex tantis indicis primum principium non advertit, stultus est. S. Bonav. diat. sal. Itin. mentis in Deum c. 1.

Omnes creaturæ istius sensibilibus Mundi sunt umbræ, resonantia, & picturæ; sunt vestigia, simulacra, & spectacula, nobis, ad contemendum DEUM, proposita, & signa divinitus data. S. Bonav. lib. c. 2.

Cuncta hæc, quæ videntur, sunt quoddam speculum, per quod cognoscitur Deus. S. Laur. Just. de virt. Fidei c. 2.

Cogita rerum principium, quod est nihil; & lauda potentiam: Attende ordinem; & mirare sapientiam; considera finem; & occurret tam benigna utilitas, quam utilis benignitas Creatoris: nam sua Bonitate, & nostra utilitate fecit omnia Deus. Hugo de S. Charo Prologo in Gen.

Speculum sunt creaturæ, quæ representant Creatorem v. 9. terra cum arboribus representant potentiam Dei; aquæ, quæ abluunt & mundant, misericordiam Dei &c. S. Vinc. Ferr. ser. 2. post Ramos.

Deus depinxit hunc Mundum, tanquam tabulam plenam imaginibus ad representandum. Id. de S. Dominico. Si quis intraret domum, & in introitu sentiret calorem, & ap-

propinquans majorem crederet ignem esse interius, est ignem non videret. Sic considerans res Mundi per pulchriora, credo, quanto magis appropinquat Deo, tanto pulchriora, & meliora invenit. S. Thom. opus. 3. c. 3.

A quodam sancto viro secretè scio, quod post quosdam excessus, quos aliquando habuit; postmodum ad odorem florum sic immutabatur spiritus ejus; quod quasi ridebat ad prædicos excessus. Id. in Gen. c. 27.

Nulla tam exigua, & tam vilis creaturula est; in qua non reluceant hæc tria invisibilia. Potentia, Sapientia, Bonitas. Blosius Parad. animæ cap. 28. Si vel folium arboris contemplantur volueris, deprehendes in eo stupendum quoddam artificium. Id. ib. cap. 29.

Pueri mirantes in Libris aurum, aut picturam, privantur libri medulla, idest, doctrina. Non contemplantur pulchritudinem creaturæ; sed lege, quod in ea scribitur: ut scilicet ames tantæ pulchritudinis Authorem, & Creatorem. Stella de cont. Mund. cap. 38.

Sol in vitro reflexus, vel aqua. Lem. Reflexum facilius. Subintellige, intuemur, just. Lips. in not. ad l. 1. polit. ut solem deficientem non directè, sed in aquis intuemur; sic DEUM in operibus. Picinelli.

Peripicilia. Lem. Non ipsa, sed per ipsa. Non creaturas, sed per ipsas DEUM, idem.

§. III.

Creaturarum usus, & abusus.

Vale ergo, & comede in lactia pavem tuum; & bibe eum gaudium vinum tuum. Eccle. 9. 7. Literali sentu, in læticia, & corde bono, ut quis dicitur bonis sibi à DEO concessis; cum modestè utitur, & ad naturæ necessitates. Hic est enim proprius usus rationalis Creaturæ; propterea inquit, Pavem tuum: Nam qui in exhausta cupidine gula, ventrici, deservit; pecorum vitam potius consecratur. Olympiodor. hic.

Reliquum est, & qui gaudent, tanquam non gaudentes. 1. Cor. 7. v. 30. Gaudet, sed tanquam non gaudeat; qui sic de temporalibus bonis hilaris fit; ut tamen semper tormenta perpetua consideret. Emit autem, sed quasi non possidens; qui & ad usum terrena præparat; & tamen cauta cogitatione providet, quod hæc citius relinquet. Mundo quoque utitur, sed quasi non utatur; qui & necessaria cuncta externis ad vitæ suæ ministerium redigit; & tamen hæc eadem non sunt menti suæ dominari. S. Greg. hom. 36. in Evang.

Res alie sunt, quibus fruendum est; alie quibus utendum; illæ, quibus fruendum est, beatos non faciunt; istis, quibus utendum est, tendentes ad beatitudinem, adjuvantur; & quasi administrantur, ut ad illas, quæ nos beatos faciunt, pervenire, atque his inherere, possimus. Si redire in patriam volumus, ubi beati esse possumus, utendum est hoc Mundo, non fruendum. S. Aug. l. 1. de doctr. Christ. c. 3.

§. IV.

Placeat Creator per creaturas.

Sub umbra illius, quem desideraveram, sedi. Cant. 2. 3. Perpendit S. Bern. l. de Nat. v. non dixisse sponfam: sub umbra illius, quem sed quomodo. quia non pretebat umbram, sed potius lucem meridianam: indica mihi, ubi cubes in meridie: Optabat enim sponsum in seipso videre. De Ponte hic Exh. 26. §. 4.

Etis tu semper mecum es; & omnia mea tua sunt. Luc. 15. 31. S. Chrysol. f. 4. hoc est dicere: patere illum rediisse patri; permitte patri, filium suscipere: nec ille aliud, quam patrem quaesivit; qui veniens non filii, sed mercenarii, loco vult collocari. Sint tibi omnia; illi sufficit pater.

Nolite diligere Mundum. 1. Jo. 2. 15. Fuge creaturas, si vis habere Creatorem: Omnis creatura vilescat, ut Creator in corde dulcescat. S. August. hic Sylveira in Luc. 15. 31.

Serò te amavi, pulchritudo tam antiqua, & tam nova; serò te amavi! Ecce intus eras; & ego foris: & ibi te quaerebam; & in ista formosa, quæ fecisti, desolans irrueram. Mecum eras; & tecum non eram. Ea me tenebant longè à te: quæ, si in te non essent, non essent. Id. Confess. l. 10. c. 27.

Non tibi ita placet, quod fecit; ut recedas ab eo, qui fecit. Sed si amas, quod fecit; multo magis eum, qui fecit. Si pulchra sunt, quæ fecit; quanto magis pulchrior est, qui fecit. Id. in Pl. 148.

Miscellanea.

Cæcus secus viam mendicans. Luc. 18. 35. Clara est effigies hominis positi in hujus vitæ via. An non mendicant homines? voluptates, divitias, honores, à cibo, pecunia, agro, ædibus, vellet; à terra, aere? Nulla dies est, qua non à creatura miserimus homo mendicet. Et, cum ita egens sit, quid accipiat? cæcus non videt. Quæ putat munera, ludibria læpe sunt; & unde multum credit, vacuum remanet. Goliath r. Reg. 17. 51. ensem ac-

cepit; putat defensionem suam accipere: finietur vita ejus, & patebit; non defensionem, sed mortem accepisse. Bæza t. 2. l. 10. cap. 4. hic.

Inspice cœtera infra te; & vidi, nec omnino esse, nec omnino non esse. Esse quidem, quoniam abs te sunt; non esse autem, quoniam id, quod es, non sunt: id enim verè est, quod incommutabiliter manet. S. Aug. Conf. l. 7. c. 11.

Omnia creatura, velis, nolis, uni DEO, & Domino suo subjecta est. S. Aug. l. de agone Christ. c. 7.

Vide plura tit. Mundus. Terrena. Vanitas.

TITULUS XLII.

CRUCIFIXUS.

§. I.

Figuræ, & Symbola.

Ex Veteri.

Lignum vite in medio Paradisi. Gen. 2. 9. Lignum vitæ est Christus; lignum mortis diabolus. Vis videre ejus (Christi) fructum, quem dedit in tempore suo? vide eum Crucifixum, & latus ejus compunctum. Speciosus est, ut matum; suavis est, ut vinum; fructifer, ut olea; fructu abundans, ut palma; maturus, ut botrus; gultate, & videte. S. Chryl. in Pl. 1. Sicut cor, quod est medium vivifici caloris, mediatis spiritibus, influit vitam in cætera membra animalis; sic Christus crucifixus in medio latronum, qui est lignum vitæ, plantatum in medio paradisi; id est, Ecclesie, mediatis sacramentis influit vitam in alia membra corporis mystici. S. Bonav. f. 1. D. 3. adv.

Cornibus hærens aries, Gen. 22. 13. Crucifixum Dominum significabat; vepres autem spinæ sunt. Spinæ iniquos, & peccatores significant; qui suspenduntur Dominum in cruce. S. Isidorus in Gen. cap. 18. Dum lignorum congeriem cernis, crucem mihi animadvertet: Dum ignem specularis, aurorem, & desiderium mihi cogitatione complectere; dum aram cogitas, Calvariam mihi perpende. Sanctus Ephrem in Abraham, & Isaac.

Dominus videt. Gen. 22. 14. Hebr. Videbitur, id est, apparebit, succurret. S. Ambr. Euch. Varab. sic exponunt, quasi hæc sit propheta de Christo; q. d. in monte Dominus visibit; id est, Christus D. apparebit in monte hoc; cum in eo crucifigetur. Corn. hic.

Lapis Jacob. Gen. 28. 11. Figura Crucifixi, ut voluit Interpp. Primo describitur jacens lapis, & capiti dormientis suppositus; & post somnum erectus: ut in positione passio, in erectione resurrectio Domini præmonstraretur. Nadasi anno Crucifixi. Dominus scilicet innixus præstantiam suæ Majestatis, & mysterium DEI crucifixi, aperte designat. S. Thom. hic.

Joseph. Gen. 40. 21. 22. Christi Crucifixi figura, innocens in carcere inclusus, cum duobus Pharaonis ministris, qui in Dominum suum peccaverunt; quorum unus servatus est à morte, alter illum non evasit. Sic Christus inter duos latrones. Nadasi anno Crucif.

Adam, & videbo visionem hanc magnam. Ex. 3. 5. Non minor mihi, credite, est visio, aut minus prodigiola: eumdem DEUM in deserto Calvarie Crucifixum, spinæ redimitum ferro, manus illius clavis perforatas, faciem livore, ac sanguine, opletam, corpus vulneribus lacertum, lanceaque latus apertum, habentem cernere. Bessius. D. Quinq.

Quod agnus Paschalis assari jubetur. Ex. 12. 9. crucifigendum Christum significavit: siquidem agnus in cruce formam expansus affabatur. Novarinus Agn. Euch. Mysterium solemnis sacrificii: quo in Pasche Festo mastratur agnus ex oraculo, figura Christi erat; cujus sanguine Fideles fredi ungunt domos suas, id est, semetipsos. S. Justin. M. Colloq. cum Tryphone Judæo.

Secus assum igni. Ex. 12. 9. Allegorica, & potissima causa fuit; ut assus agnus significaret Christum amore nostri in cruce rostum: Nam agnus in cruce formam affabatur. Corn. hic.

Quomodo levaret manus Moyses. Ex. 17. 11. præferebat typum ejus, qui crucifixus est pro nobis. Declarata est igitur sub illa figura vis ipsius veritatis: quemadmodum enim servo extendente manus cecidit Amalech; ita, cum Dominus manus extendit, dissoluta est acies diaboli. B. Theodoret. q. 34.

Racemus ex ligno dependens Num. 13. 24. quoniam alius erit, quam is, qui in novissimis sæculis ex ligno pendit: cujus sanguis potus factus est credentibus salutaris. S. Greg. Nyss. lib. de vita Moysis. Botrus in phalanga suspensus, in cruce Christus appensus offenditur. S. Maximus hom. 1. in Natali S. Cypri. Ep. M. Quod ligno portatur, Crucifixum significat. S. Prosper parte 1. cap. 8. Botrus in veste, Christus est in cruce. S. Rupert. lib. 10. in Matth.

Petra perans aquam vomit Num. 20. 11. quæ Christum significat: